

Lebensbeschreibungen der Äbte von Schönthal.

163

tria Amorbacensis, cognomine Lurtz. Cuius pater de Burg, infra castrum Wildenberg* sito loco, oriundus, Amorbaci civis factus. Anno 1584, electus ex servitore in abbatem 17. Januarii; benedictionem abbatialem accepit Herbipoli anno 1585. Anno primo construxit locum mactandis pecoribus accomodatum, cellam vinariam in Wüttenthal cum domo desuper. Renovavit ecclesiam cum omnibus altaribus. Anno secundo aedificavit abbatiam novam; obstaculum defluentis aquae ad molendinum, inundatione perditum, habitationem pistrinarii. Domum parochialem in Sindringen permutavit datis 800 fl. anno 1586. Anteriorem domum in Heilbrunne positus lapidibus et figuris seu imaginibus ornavit anno 1588. Mediam domum [pag. 73] cum cella vinaria subtilis ibidem. Anno 1589. fontem aquae salicentis lapideis canalibus curavit introduci. Anno 1595. horreum in Hallsberg** et novam structuram in Heilbrunn, ecclesiam in Gommersdorff, aedem ibidem, capellam in Neusass etc., horilogium maius etc. subditis in Sümringen, acceptare religionem catholicam, indixit***. Infoelix fuit hic abbas rev. cum antecessore suo, quod haeretica pravitas summo ausu contra ipsos moverit querelas, quae transactiones causarunt, ad quas, dum reverendissimus Moguntinus Wolfgangus consiliarios pro monasterio mitteret, tales misit, qui et ipsi acatholici erant, velut Bernhardum de Harllheim, Johan Ridesel, Johan Andream † Mossbach, Hans Heinrich von Heußfham¹ etc., praefectos Miltenberg, Amorbach, Crautheim etc. Anno 1607 obiit Johannes, abbas, 6. Maii, sepultus in choro, infra dominos de Weinsberg et Albertum, comitem de Leonstein.

¹ kann auch Hauszstam heißen.

perior Alemannia und zählte 6 rhein. Gulden contributiones. In dem Visitationssprotocoll von Bronnbach vom 18. Sept. 1586 kommt ebenfalls Schönthal vor. S. unten die Zusätze.

* Wildenberg, baier. Landgericht Weismain.

** Hallsberg, D.-M. Klingelsau.

*** Im Jahre 1595, am 14. September, fand ein Nationalcapitel in Fürstentfeld statt, auf welchem als vicarius generalis der Congregation Germania superior und als vicarius provincialis Sueviae, Helvetiae et Alsaciae der Abt von Salem, in der provincia Franconiae, als vic. provincialis der Abt von Ebrach eingesetzt wurden. Am Schlusse ist den statuta des Fürstentfelder Nationalcapitels ein Verzeichniß beigefügt: numerus religiosorum et studentium monasteriorum superioris Germaniae. Darin steht Schönthal: viginti duo religiosi comprehenso abbate; — tres studentes.

† Er war am 6. April 1603 in Bronnbach bei der Unfallaktion des Abtes daselbst gegenwärtig. S. historia domestica von Bronnbach von Göbhardt a. a. D. S. 367.

37. [pag. 74] Theobaldus, XXXVIII. abbas, Coquus nomine, Amorbach oriundus, Dilingam ad studia missus. Fratrem habuit Johannem, qui s. ordinem ingressus in monasterio Eberbach, quod est in Rhenigau, ibique obiit subdiaconus, et alterum, Sebastianum, qui in Eberach Franconiae novitatum incoepit, sed bona causa pedem retulit, titulo mensali a nostris dotatus, parochiam Obernkessach accepit ibique mortuus est. Theobaldus abbas electus 1607, primus, qui benedictionem abbatialem a visitatore accepit, qui tunc fuit rev. dominus Sebastianus Faber, abbas Caesarensis. Vocati abbates ordinis [Cisterciensis¹] Germaniae ad capitulum generale, in Divione* celebrandum sub reverendissimo patre, Nicolao Bucherat et rev. p. Johanne, recens electo Caesariense.

[pag. 75] Construxit altaria duo nova in ecclesia, unum ad statum fundatoris** sub nomine confessorum pontificum, alterum proxime ad columnam rotundam, sub honore sancti Theobaldi et sanctorum eremitarum. Ad sacellum in Mergetheim oratorium et habitationem pro se (fuerat enim prius praepositus). Domum parochialem in Kessach***; domum parochialem in Westernhausen †, lapideum pontem, opus infigne, quod aerarium pene omne sustulit. Frumenti inopia coëgit emere. Mergetheimii mutuo accepit 1000² florenos, pro quibus praeposituram impignoravit. Ad confirmandos subditos rev. d. suffraganeum Herbipolensem Eucharium Saengium vocavit. Theobaldus, abbas, in curia Heylbrunnensi obiit anno 1611. Januarii 12. sepultus in ecclesia ad dexteram, egressus de clausura.

38. [pag. 76] Theobaldus, XXXIX. abbas, in Walddürne genitus, cognomine Fuchs. Latinae linguae fundamenta Amorbaci posuit. Post professionem missus ad studia Herbipolim. Subprior, prior, abbas 29. Januarii anno 1611, visitatore rever. patre domino Johanne Becken, Caesareense, a quo etiam benedictionem accepit. Mergetheimensia debita primum et Michaëlem Kern, civem Forchtenbergensem ††, qui pontem perfecerat, solvit. Vineam Storch ††† 20 jugeribus ampliavit.

¹ fehlt in der Hs. ² 1000 ist unbedeutlich geschrieben, es könnte auch 100 heißen.

* Dijon, Depart. Côte d'Or.

** Das ist das Denkmal des Wolftram von Sebenburg in der Schönthaler Kirche.

*** Ober-Kessach, D.-M. Klingelsau; Unter-Kessach, M. Welsheim. † D.-M. Klingelsau.

†† Forchtenberg, D.-M. Dehringen.

††† Ueber diesen Weinberg im Storchberg siehe Schönthal Chronik von Schönthal S. 139.